

desiderio una cum aliis principibus electoribus intendere volo ac omnibus viis et modis quibus potero^a pro vestra et dicte sancte Romane ecclesie complacencia laborare, et super hiis eciam vestre beatitudini laciis explicandis queso humiliter, ut vestra sanctitas dignetur relatibus dictorum nunciorum fidem similiter adhibere.

XXVII. Kaiser Ludwig an Papst Benedict XII: über die Ausgleichsverhandlungen. 1338 Dec. 18.¹

Or. Vatican. Archiv, Instrumenta miscellanea 1337—1338.

Sanctissime pater.

De magistro Arnolde de Verdala decano ecclesie sancti Pauli Fenolhedesii capellano, domestico et conmensali vestro, viro utique magne circumspeccionis et sciencie, qui de | mandato vestro cum litteris sanctitatis vestre ad nos applicuit hiis diebus, ac per eum nobis relatis ex parte sanctitatis vestre, que summo desiderio reverenter percepimus, sanctitati vestre laudes condignas et quas possumus gratiarum referimus acciones eidemque magistro Arnolde sequentes tenorem litterarumstrarum nobis directarum super negotio reconciliacionis nostre tamquam persone sanctitatis vestre locuti sumus et collaciones plures habuimus ac sibi pure et clare, nil eum seu pocius personam vestram de intentione nostra latere volentes, aperuimus mentem nostram, de qua ex permissione nostra et voluntate sanctitatem vestram poterit suis litteris informare. Super factis eciam tangentibus reconciliacionem nostram, postpositis aliis nostris occupacionibus, cum ipso racioninari intendimus et modos et vias capere, quibus honor, iura et antique consuetudines racionabiliter introducte tam sanctitati vestre et sedi apostolice, quam nobis, imperio et imperii electoribus plene et sine diminuicione qualibet conserventur. Nostra enim

a) Hierzu am untersten Rand: 'in hoc . .' (2 Worte undeutlich).

1) Als nach den Tagen von Rense, Frankfurt und Coblenz der Kaiser im Herbst 1338 die Verhandlungen mit der Curie wieder aufnahm, geschah es in durchaus selbstbewusster Haltung. Es ist deshalb gewiss von Werth, neben den zahlreichen avignonesischen Briefen und Erlassen, die sich an die Mission Arnolds von Verdala knüpfen, nun auch ein Schreiben Ludwigs in Wortlaut zu haben. Der Ton ist bei aller Devotion ein würdevoller und auch der Titel 'imperator' fehlt nicht. Das Schreiben geht den päpstlichen Antworten vom 23. Jan. 1339 voraus, die Vat. Acten 2013 und 2014 gedruckt sind. Bei Raynald hat dieser Brief ebensowenig wie oben n. XVIII Aufnahme gefunden.